

21
Bl. 81



Tabo III 3024

179

SUPREMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

Quibus,
RECTORE UNIVERSITATIS
MAGNIFICO,

V I R O

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO atq;
EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNNE MEIS-
NERO,

S.S. Theolog. Doctore, ac P.P. famigeratissimo,

Facult. Ejusd. Seniore, Consistorii Ecclesiastici Adlesore, Templiq;
ad Arcem Præposito, Gravissimo, Vigilantissimo.

SPECTABILIS ORDINIS PHILOSOPHICI
DECANUS,

V I R

NOBILISSIMUS, AMPLISSIMUS atq; EXCELLENTISSIMUS

DN. MICHAEL Strauch/

Mathem. Infer. P.P. longè Celeberrimus,

VIRUM JUVENEM

PRÆEXIMIUM AC CLARISSIMUM

DN. GABRIELEM SCULTETI,

aliàs LEHOCZKY, Hungarum,

Amicum & Conterraneum æstimatissimum,

A.O.R. MDC LXXIX. d. 28. April.

ornabat,

Felices precantur

AMICI & POPULARES,

Athenis Albiacis studiorum causâ commorantes.



WITTENBERGÆ,

Excudebat JOHANNES WILCKIUS.

Supremos in Philosophia Honores
Rectoris Universitatis
Magnifico
Viro
Summe Reverendo, Amplissimo et
Excellentissimo
Dn. JOHANNI MEIS-
NERO,
S.S. Theolog. Doctore, ac P. Rectorissimo,
Rectori ad Aca-
demiam Philosophicam
SPECT
in videri de
Nocturno
Dn. MICHAEL
Machon Inter P. longae Celebritatis
Dn. GABRIEL M. CULTI
MOR. M. DCC. LXXI. et
Munusd pino
Difficili
Dn. Athanas Albiac

WITTEBERG.
Johannes WILHELM





Solvitur acris Hyems, canisq; gravata prui-
nis

In segetes assurgit humus, sedatior auram
Aura subit, ponuntq; graves sua murmura
Cauri.

Jamve rigescentes glaciali frigore nervos

Explicat alma Parens, patefactaq; Sole tepenti

Obducit molles redivivô cespite campos.

Ridet apertus ager, mites prolixius umbras

Porrigit inclinans sinuosis frondibus arbor.

Hic loca mitescunt, loca foeta furentibus Austris,

In virides diffusa sinus. Hic flore tenellô,

Prata, nemus, silvæq; nitent. Se blandiùs herba

Tollit, & attritæ repetunt connubia vites.

Omnis adhæc Natura viget: Viget, inq; decorem,

Veris ad exortum, totus componitur Orbis.

Solvitur acris Hyems. Et Hyems pertæsa laborum,

Quam studiis tulit atra dies, dictamine Phœbi,

Non intercepto tandem dispellitur Astro.

Testis erit Tua, SCULTETI, spontanea Virtus,

Musarum *Fili*; variis exercite fatis,

Et mox hinc, isthinc, vel mille laboribus acte.

Numquid prima Tuæ non incunabula Sortis

Difficiles tenuère viæ? discrimina nonne

Nitentem majora Tuam petière Juventam?

Dixisses Hyemem torvam brumasq; perennes,

In caput hoc jurâsse tuum. Non frigus opacum,

Sed

Sed glacies ; sed triste gelu generosa tenaci
Limite constrinxit præcordia. Tùm sacra si fors
Semita Virtutis, spissis induta pruinis,
Sole sed ad gressus faciles firmata frequenti,
Insistenda Tibi fuerat, quam sæpe fefellit
Flexilis ad veterem lapsum, vestigia, callis.
Perrumpenda tamen fore fixa repagula, Menti
Persuadere Tuæ placuit. Virtute Magistrâ,
Donec inaccessas eluctareris ad Auras.

Qvalis ubi, si fors gemino concreta rigore,
Vere sed instanti in guttas macerata liquentes,
Dat sonitum glacies, & mox spumantia lambit
Littora, pallentesq; pigrasq; revolvit arenas:
Sic inter solidos Nilus, rigidosq; labores,
Ingenii Vis prompta Tui constricta latebat
Hactenus, ac Phœbo jam circumfusa recenti,
Emicat, & Nomen letheis eripit umbris,
Immiscetq; polo. Nos his subscribimus Omnes
Ausibus, & dignâ cumulamus Laude, precantes
Ver tibi perpetuum, Vernet spontanea Virtus,
Vernet Honor, Nostramq; simul perfundat odore
PANNONIAM, legat ista Tuos cum fœnore fructus,
Fœnore multiplici. Sic Tu, sic Nominis, olim,
Viva Tui in leros vernabunt facta Nepotes.





Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079



W 17
W 18



Tabo III 3027

179

SUPREMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

RECTOR^{Quibus,}E UNIVERSITATIS

MAGNIFICO,

VIR O

ERENDO, AMPLISSIMO atq₃

CELLENTISSIMO

HANNE MEIS-

NERO,

ctore, ac P.P. famigeratissimo,

onistorii Ecclesiastici Adlesore, Templiq_;

osito, Gravisimo, Vigilantissimo.

ORDINIS PHILOSOPHICI

DECANUS,

VIR

LISSIMUS atq₃ EXCELLENTISSIMUS

HAEL Strauch

r.P.P. longè Celeberrimus,

VIRUM JUVENEM

MIUM AC CLARISSIMUM

ELEM SCULTE TI,

às LEHOCZKY, Hungarum,

& Conterraneum æstimatissimum,

M DC LXXIX. d. 28. April.

ornabat,

Felices precantur

& POPULARES,

is studiorum causâ commorantes.



WITTENBERGÆ,

Excudebat JOHANNES WILCKIUS.

